



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1625**

S. D. N. Gregorio XIII. Pont. Opt. Max. Martinus Ab Azpilcveta Doctor  
Navarrus, In ista mira gubernandi vigilantia perpetuam perseuerantiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41661**



S. D. N.  
GREGORIO XIII.  
PONT. OPT. MAX.

MARTINVS AB AZPILCVETA  
DOCTOR NAVARRVS,

In ista mira gubernandi vigilantia perpetuam  
perseuerantiam.

**Q**UOD Enchiridion, siue Ma-  
nuale Confessariorum, & pœ-  
nitentium ante annos viginti  
sermone vulgari edideram,  
nunc latinitate donatum edi-  
turus tua, qua secundum di-  
uinam prima est, Maestati,  
audeo nūcupare, Beatissime Pater: nō quidē, quod  
humilitatē Auctoris, & operis non agnosca, neque  
quod istā tuā, Sacrosanctaque Sedis, cui praesides,  
sublimitatem post Dei maximam, cui nil nisi aliū  
offerrī decuit, exploratam non habeā: sed quod in  
id me moueat primū vehemens illud desiderii si-  
gno aliquo testandi meā erga te obseruantiam &  
pietatem, conceptū iam inde, à quo tempore missus



Ad Gregorium XIII. Pont. Max.

in Hispaniā à latere Legatus, admirabilis prudentia, iustitia, cōstantiaq; specimentoti ei edidisti illustrissimum. Deinde, quod visum est nōnullis esse muneris, atatis, & officij mei, ut qui iunior in alijs Regnis multis Regibus, & principibus officina mea pauperis munuscula obtulerim, iā senior multis annis in tuis moratus, & sacerrimo tua Pœnitentiariæ Prætorio adscriptus, offerā istud humile quidem, sed ad id, ni fallor, perutile, & longe alijs præstantius Sanctitati tuæ, à qua, & fel. rec. Pio V. (quem tu tanti facis, tantog; opere præter aliorum consuetudinem, quibus præcessorum facta displicere solent, imitaris, & qua licet, exsuperas,) maiora beneficia, quam vnquam ab alijs accepi. Accedit quod eisdem ipsis visum est, ut opus in Hispania Hispano sermone ab homine Hispano cōpositū, Hispaniarum summæ, eidemq; incomparabili Proregina Domina Ioanna Austriacæ Lusitanæ Principi dicatum, idem in Latio ab homine iam quadamtenus Latino factum Latinū, Latinorum Regi, totiusq; Christiani populi sūmo Patri dicetur, quo, ut illud fuit ab omnibus illius subditis maximo cū plausu susceptū, ob Maiestatem tātæ patronæ, quæ tot Augustorum, & Augustarum, tot Regum, & Reginarum vxor, mater, filia, nurus, soror, amita, & matertera exstitit, & exstat, quæq; omniū virtutum heroicarum radiis, ceu sydus irradians, earum se toti orbi præstat exemplar: ita hoc à toto orbe Christiano tibi subdito pari plausu, & eo maiori, quo materies illius spiritū patri magis, quam corporum dominis conueniat, suscipiatur, te patrono velut Deo quodam tutelari, qui non solū di-

gnitate  
interua  
& indit  
que iur  
Etam co  
te atate  
titudin  
tutis de  
Maxim  
nocrate  
Scipio p  
to, Iuliu  
de, spe, a  
ab imo i  
gressus,  
rum, Re  
dita suff  
niuiisti, a  
dem, ut  
Sacrosan  
clauē ha  
nimi con  
ris, cum  
interreg  
pares fu  
huic cœli  
stiano iu  
quam de  
gloria, &  
dūdauit  
bus cunc



## Epistola Dedicatoria.

gnitate, qua Prodeus es, sed etiam meritis longo  
interuallo omnes superas, quippe qui per ingenitas  
& inditas animi, corporisq; dotes, diuini humani-  
que iuris, praestantissimarumq; omnium artium exa-  
ctam cognitionem tibi comparasti, quique ab ineu-  
te aetate concrecentem prudentiam, iustitiam, for-  
titudinem, constantiam, modestiam, omneq; vir-  
tutis decus coluisti, ita ut existimeris alius Fabius  
Maximus temperantia, Curius frugalitate, Xe-  
nocrates constantia, Fabricius magnanimitate,  
Scipio prudentia, Marcellus animo, iustitia Ca-  
to, Iulius dictator clementia, nisi qua parte ea, fi-  
de, spe, ac caritate exornando eos superas, per quas  
ab imo in summa per omnes munerum gradus pro-  
gressus, & non per flexanimas, ac potentes Casa-  
rum, Regumque commendationes, non per eblan-  
dita suffragia viam tibi ad hanc monarchiam mu-  
niuisti, aut certe Deus ipse munivit, & ita qui-  
dem, ut dignus fueris qui prima collatione intra  
Sacrosanctum illustrissimorum Cardinalium co-  
clauae habitae, Spiritu sancto afflante, omnium vna-  
nimi consensu in Maximum Pontificem deligere-  
ris, cum nunquam fortassis in Summo illo Senatu  
interregni anterioris, tanto muneri subeundo tot  
pares fuerint. Quo euenit, ut si ullus unquam  
huic caeli vicariae urbi, adeoque toti imperio Chri-  
stiano incundissimus dies illuxit, si ex honore cui-  
quam delato ad illos, qui eum decreuerunt immortalis  
gloria, & ad bonos omnes incredibilis letitia re-  
dudauit, is certe III. Idus Maias 1572. concordi-  
bus cunctis omnium sacri Senatus Patrum suffragijs,



Ad Greg. XIII. Pont. Max. Epist. Dedic.  
te Pont. Max. renuntiato, obtigit. Quid enim fa-  
ctum est unquam vel ad commendationem Patrū  
purpuratorum illustrius, vel ad recreandam Rem-  
publicam Christianam morte pientissimi Pōtificis  
Pij V. cuius in locum susceptus es, summo mœrore  
consectam opportunius, aut sapientius, quam te  
Dei Vicarium delectum esse? Neque vero Patres  
purpuratos sua fefellit spes, nec orbem sua exspe-  
ctatio, quandoquidem cerneris tecum te reputare,  
non tam Regem dominantem, quam pastorem ve-  
re Gregorium super grege tuo vigilare debentem,  
vocatūque à Deo tanquam Aaron, non ad fe-  
stum, non ad voluptates, aut otium, sed ad labores,  
curas, & vigilias, quibus ita te totum dedis, ut  
nihil à te inferius solum modeste recteque mode-  
rante, nunc supremum moderans degeneres, &  
(ut Fabricij verbo utar) difficilins à recto, quam  
Sol à suo cursu, auertaris. Quamobrem B. Pater  
confidenter supplico Sanctitatem tuam, ut hoc  
munus humile humillimi filij, & serui, quod antea  
sereno animo suscepisses, nunc serenissimo suscipe-  
re digneris: simul benedictionem tuam Apostoli-  
cam impartiri ei iam octogenario, quo te praeat in  
in caelum, in aliquo eius recessu locandus, ex quo te  
olim post multos annos sanctissime populo Chri-  
stiano impensos videre liceat, maximo dracone  
victō, amplissima eius sede, vel alia cuiuspiam eius-  
dem ordinis, donatum. Amen.

AD



BEA



N  
sa  
ri  
ueram, & p  
nunc iam qu  
bus in locis  
ordinatum  
possit mouun  
supplicando  
diuinam pr  
nimo de mo  
munus paup  
Auctore pa  
pro sua ten  
tum: quo an  
nia opuscul  
lucidiora,  
quod prope  
N. Iesu Ch  
carium, Ec  
uet incolu